734.

mos officij, præfati Castrensis Capitan. Præmislien. dilationem sibi non re-
cipiendo, nullasq. motiones, appellationes, ac earum prosecutiones
faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis, eva-
sionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, præscriptione Terrestri, bello
Conventionibus, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subter-
fugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Haec sua præsenti persona-
li Recognitione ad præmissa omnia mediante.

Vigore Laudi Feria sexta in Crastino Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Anno eiusdem Anno Dmo. D.g. Jaworski Conti Reformat.

21/VI 1669

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsen. Castren. Capitan. Præmislien. Nobilis Hry Jaworski [illegible] sanus mente et Corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq. suis quibuslibet propriis et competen. recedens, Præsen. vero Castren. Capitan. Præmislien. Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie in corporando, atq. subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Palaszka [illegible] Consorti suæ legitimæ, eiusq. posteris, summam Centum Florenorum polon. ratione [illegible] dotis et expeditionis post eam acceptam et in domum suam importatam, nec non aliam similem summam Centum florenorum Polonicalium, ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, hæreditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumq. quarumvis pecun., nec non auri, argenti, clenodiorum, unionum margaritarum, vestium, vestimentorum, stanni, æris, cupri,

Ordinarii

Cubiculi, pecorum, pecudum, equorum, equitiae, ac totius supellecti-
lis domesticae, nunc habitae et in post habendae dedit, dotavit, dota-
litavit, inscripsit et Reformavit, prout dat, dotat, dotalitat, in-
scribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Standrowska sui ke
cognoscenti Consortem Legitimam, et ipsius Posteris eandem me-
dietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum universis eorum
utilitatibus et usufructibus, competentiaque et praerogativa quavis
tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifru-
endi, ac ad usus suos et suorum Successorum quovis beneplaci-
tos libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum Inscriptionum
Reformationum hactenus et deinceps in Regno Poloniae observari solitarum.

Derewecki Rogozinskie Quiet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capi-
taneal. Premisliensibus Generosus Mathias Derewecki Commilito Cohortis Le-
vioris armaturae Generosi Constantini Crecel Rotmagistri Reipubli-
cae sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus Iu-
ribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competen.
recedendo praesentibus Castren. Capitaneal. Premisliensi Iurisdictioni
quoad actum hunc attinet seumque successoribus, ac bonis su-
is generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque
subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recogno-
vit. Quod ipse de manibus Generosi Stephani Rogozinski Vicesge-
rentis et Exactoris Contributionis Duplicis Agrariae Terrae praesen-
tis Premisliensis summam Mille Octingentorum Sexaginta florenorum Polon.
iuxta Assignationem Magnifici Petri Orga Succamerarij Terrae
Leopoliensis in Vim Stipendiorum Militarium Cohorti eidem Generosi
Crecel a Thesauro Regni debitae idque pro quarta a mense Augu-
sto in Anno Millesimo sexcentesimo sexagesimo Octavo proxi-
me transacto incipienti, tulit, et realiter percepit, de qua summa
Mille Octingentorum sexaginta florenorum polonicalium per eun-
dem Generosum Exactorem sibi et Cohorti praefatae realiter persolu-
tas